Venite exultemus domino iubilemus
deo salutari nostro preoccupemus faciem eius in con
fessio ne et in psalmis iubilemus ei. Quo
niam deus magnus dominus et rex magnus
super omnes deos qui non repellit dominus
plebem suam quia in manu eius sunt omnes fines
terre et altitudines montium ipse conspicit. Quo
niam ipsius est mare et ipse fecit illud

2

et aridam fundauerunt manus [illegible] ... uen

te adoremus et procidamus ante deu ploremus

coram dno qui fecit nos quia ipse e dominus

deus noster nos autem populus eius et oues

pascue eius hodie si uocem eius audie

ritis nolite obdurare corda uestra sicut in exa

cerbacione secundum diem temptacionis in deserto

ubi temptauerunt me patres uestri probauerunt